



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. VIII. De Indulgentiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

CAPUT VIII.

De Indulgentiis.

Indulgentia, est remissio poenae temporalis extra sacramentum per applicationem satisfactionis Christi, & Sancto-
rum, *ur ante clavium: v. n. 3179.*

Indulgentia alia est plenaria, quae remittit totam poenam Purgatorii, quia satisfactio pro tota poena temporali peccatis praeterita debita.

Hoc non potest quis unico actu plures indulgentias plenarias lucrari, quia cum per unum tota remittatur poena, per alias nil obtinetur, sed tunc omnes simul ad integrum effectum concurrunt. Gobat. tom. 2. par. 1. *cap. 11. num. 209.*

Alia est partialis unius anni, septem annorum, &c. pro qua sciendum est, quod annus secundum Canones aliquibus peccatis secundum Canones imponitur poena, v. gr. mortis, aut aliud, facienda per tot annos, singulis diebus, &c. singulis diebus, &c. Hoc supposito, conceditur Indulgentia partialis unius anni, centum annorum, plurium quinquaginta, &c. per id non designantur totidem anni, aut dies de poenis Purgatorii, aut dies de poenis penitentiae per Canones iniunctis; adeoque Indulgentia centum annorum tantum tollit duratorem poenae Purgatorii, quantum tolleretur poenae centum annorum per sacros Canones iniunctas, quanta autem haec sit, nemini notandum est, nisi Deo.

Ad Indulgentiam lucrandam, sufficit actus virtualis. Diana par. 4. tr. 4. res. 14. *de dec. de sacr. tr. 5. disp. 14. q. 37.* & alii quod Ardekin *com. 2. pag. 241. num. 13.* tenent, quod ille, qui Indulgentiam ignorat, adhuc

illam lucratur, si opus iniunctum exequatur, ob intentionem implicitam, qua si sciret, vellet lucrari. Quolibet mane in Praeparatione Missae protestari soleo, me intendere lucrari, tam pro me, quam pro defunctis, Indulgentias omnes, quas, mediante eo sacrificio, lucrari possum.

3787 Per Indulgentiam remittitur poenitentia satisfactoria à Confessario imposita, sed non poenitentia medicinalis; & tunc non tollitur praecipuum per ejus abrogationem, sed per materia subtractionem.

3788 Indulgentia non remittit culpam, neque poenam peccato veniali debitam, non remissa culpa; quia poena non potest remitti, non remissa culpa.

3789 Qui est consecutus Indulgentiam, debet esse in gratia, saltem dum ultimum opus facit. In Indulgentia pro defunctis, requiritur, quod ipse defunctus, & non operans sit in gratia, quia Indulgentia habet valorem ex opere operato, & ille, non iste, est eam consecutus.

3790 In Indulgentiis attendenda sunt opera iniuncta, & conditiones, quia tantum valent, quantum verba sonant; & licet possit dari parvitas materiae, contentius est exacte opera iniuncta exequi.

Quando apponitur, quod sit confessus, & contritus; attendi debent verba: si enim ex illis colligatur, Pontificem velle statui gratia, tunc non erit necessaria confessio, si quis cognoscit se in gratia; erit autem necessaria, si exigatur tanquam conditio.

3791 Indulgentia concessa alicui Ecclesiae, si Ecclesia paulatim, aut simul tota destruat, & sic paulatim, aut mox reaedificetur, remanet Indulgentia; quia Indulgentia non datur loco simpliciter, sed Ecclesiae, quae est moraliter eadem. Et pariter Ecclesia, si de uno in alium locum reaedificetur Superiorioris

terioris auctoritate, suas secum fert Indulgentias, si eundem servet titulum, & Patro-num. Quod si non reedificetur, etiam si id fiat post longum tempus, Indulgentias amit-tit. Gobat. tom. 2. tr. 4. par. 1. c. 6. num. 320. Diana par. 6. tr. 7. ref. 32.

3792 Indulgentiæ debent executioni da-ri gratis, nam à Summis Pontificibus in Bre-vibus solet apponi clausula irritativa: *Pre-sentis nulla sint, si aliquid pro scriptura, præs-entatione, publicatione, aut executione de-ctur, vel spontè oblatum recipiatur.* Quod late advertit Diana par. 5. tr. 13. resol. 7. Lubi refert mandata Regis Catholici pro obser-vantia.

Q U Æ R E S.

3793 *An translato festo, transferatur quoque Indulgentia?*

Resp. transferri, si transferatur festum non solum quoad officium, verum etiam quoad forum, hoc est quoad abstinen-tiam à servilibus. Si Indulgentia sit concessa, non affixa determinatæ diei talis mensis, sed pro die Festo Sancti. Non transferri ve-rò, si festum transferatur solum quoad offi-cium. Gobat. tom. 2. tr. 4. par. 2. cap. 7. n. 323. Diana par. 6. tr. 7. ref. 31. Lezana, & alii apud ipsos.

Ratio desumitur ex intentione Legislato-ris, nempe Summi Pontificis; Indulgentia namque, ut constat ex Bulla 14. Clem. IV. & ex 34. Pii V. datur in usum, & devotio-nem populi, atque in festi solemnitate: Populus autem non attendit ad officium, sed ad id, quod est publicum, nempe ad festi so-lemnitatem quoad forum, cui maxime con-fert Indulgentia. Ex quo fit, quod translato festo non solum quoad officium, sed etiam quoad forum, transferatur Indulgentia, si talis translatio non fiat voluntariè, sed juxta

Rubricas, & ritum Ecclesiæ; non translati-tur verò Indulgentia, si festum transferatur solum quoad officium.

3794 Et quamvis sit privilegium, in declaratio Pontificum, ut in festis Sancto-rum Sanctorum Religionum, quod Indulgentia transferatur una cum festo, ut prælo-tim Greg. XIII. apud Peyr. & Gobat. concessit pro festo S. Francisci de Paula.

Modò non est recedendum à dictis, tunc temporis hujusmodi festa non erant solum quoad officium, verum etiam quoad ad forum, seu cum abstinentia à servilibus; non sic modò post Urb. VIII. in m-erum festorum quoad forum referuntur, moderavit.

Ac proinde servanda sunt Decreta Congreg. Rituum de die 30. Septembris 1699. & 10. Junii 1699, relata in Rubricis particu-laribus nostri Breviarii tit. 10. n. 109. quibus disponitur, quod translato festo, minime transferatur ipsa Indulgentia.

INDULGENTIA PORTION-CULA

3795 **D**ie 2. Augusti in Ecclesiis Regni Seraphicæ applicari potest pro defunctis. Ita est novissime de-claratum, & concessum per Breve Innocentii anno 1687.

3796 Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ gelorum prope Assisium non suscipiuntur per annum Sanctum ex Breve Innoc. X. Julii 1650. Clem. X. 12. Novembris 1673. & Innoc. XII. 21. Augusti 1699. In aliis verò Ecclesiis, & locis Ordinis, suscipiuntur pro vivis, minime pro Defunctis: vide n. 3835.

3797 Insuper in recensita Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorù prope Assisium

non prohibet anni die, per Breve Innocent. XII. sub die 28. Augusti 1695, tenoris sequentis.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad perpetuam rei memoriam.

Electorum, & Domini nostri Jesu Christi vicem, licet immeriti, gerentes in terris, consilium manerum thesauros, quorum dispensationem humilitati nostrae commisit Deus, fideles, prudentique liberalitate eorum precariis in Ecclesiam Dei meritis, ac Religiosorum virorum pro merito, alienaque saluti laudabiliter incursum vota postulant, & Nos ad augendam, fovendamque fidelium pietatem promovendam in Domino arbitramur. Itaque Spiritu Christi fidelium ad Ecclesiam Sanctae Angolorum nuncupat. Domus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum propè, & extra muros Civitatis Assisien. Assidue (ut accepimus) in universis Christiani Orbis partibus devotè causa confluentium consolationi, atque animarum salutem, quantum cum Domino volumus, benignè consulere, necnon dilecti filii Bonaventurae Poetri Ministri Generalis Ordinis supplicationibus, etiam illius Ordinis prædicti nomine, Nobis super hoc humiliter portectis, quibus pie, ac pie enixe plurimum orthodoxorum Principum preces in idiplam tendentes accessere, venerabilem assensum præbere cupientes, ac omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus ad Ecclesiam supradictam, licet præmittitur, confluentibus, qui illam venerunt, & confessi, ac Sacra Communionem rececit, in quocumque anni die de-

votè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut eandem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subsciptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Aug. 1695. Pontificatus Nostri Anno quinto.]

I. F. Card. Albanus.

3798 Eandem Indulgentiam quotidianam concessit visitantibus Ecclesiam S. P. Francisci Conventualium Civitatis Assisii Innocent. XII. per Breve Comm. ssa nobis.

QUÆRRS I.

3799 An Indulgentia Portiuncula in aliis Ecclesiis Ordinis, possit pro eo die lucrifici toties, quoties?

Certum est, quòd stando in jure, non apparet talis extensio, nam Indulgentia illa lucrifici toties, quoties, quæ est concessa per petua simpliciter absq; præfixione diei; quæ verò est affixa diei, non lucrifici, nisi semel eodem die, ut statuitur in Dècr. Innoc. XI. de Apocryphis Indulg. modò addacendo. Indulgentia autem Portiuncula solam est primi modi Assisii, alibi est secundi modi.

Nec in diplomatibus, quibus dicta Indulgentia plenaria à Summis Pontificibus conceditur aliis Ecclesiis Ordinis, apponitur particula, *ad instar.*

3800 Si

3800 Sisteitur autem praxi, fideles putant, in cunctis Ecclesiis Ordinis pro die secunda Augusti lucriferi toties, quoties, ad instar Indulgentie Assisi, unde eam diem in continuis visitationibus insimulant quod vidi practicari etiam Roma, nedum à simplicibus, verum etiam à viris doctis, & primatibus, unde hæc Indulgentia ubique nuncupatur Portiuncula: qua stante praxi, & consideratione, quod hæc Indulgentia sit extraordinaria, utpotè quæ ortum habuit à Christo Redemptore, causam habet Religio confugiendi ad pedes Summi Pontificis pro expressa concessione, sicut concessum dicitur pro Indulgentia S. Francisci de Paula die secunda Aprilis.

3801 Modò tamen adest Decretum S. Congreg. quo disponitur, *servandum esse solitum*, apud Matthæucci *tom. 2. pag. 100. verb. Indulg.* ut sequitur:

Eminentiss. & Reverendiss. Domini.

(Episcopus Labacensis à parte Imperii Orator Devotus, EE. VV. humiliter exponit, quòd non obstante Decreto Innocentii XI. de Apocryphis Indulgentiis sub die 7. Martii 1678. quo declaravit, semel dumtaxat in die, plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam lucriferi, pergunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Reformatorum Provincia Carniolie populo persuadere, Indulgentiam pro die secunda Augusti, de Portiuncula nuncupatam eorum Ecclesiam visitantibus concessam, toties, quoties, eadem die lucriferi posse.

Cum autem hujusmodi abusus ad Summum Pontificem ab Ordinariis deferri jubeat Sac. Congr. Concilii Trid. *sess. 25. de refor. cap. 21.* in decreto de Indulgentiis.

Id circo Orator quatit, & declarari petit, an præfata Indulgentia, de Portiuncula nun-

cupata, etiam comprehendatur sub Decreto, & declaratione sanct. men. Innocentii XI. supra dicto. Pro qua gratia, &c.

Die 17. Julii 1700. Sacra Congregatio eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auditorum, Procuratoris Generalis, & Ministrorum Princialis, censuit servandum esse solitum, impressorem Cameralem.)

3802 Pro Ecclesiis S. Mariz Angoran. *v. num. 3806.*

Q U Æ R E S I T

3803 *Quomodo sit intelligendum, quoties, quoties?*

Plures tenent, esse intelligendum, visitationes pro eodem die sint, live interrupte, live continuatæ, quæ sunt ampliandi.

3804 Alii docent, visitationes esse se moraliter interruptas, ut inter duas, aliam visitationem, aliquid vocetur interpellatio. Afferunt exemplum in primis: si quis enim, postquam Principalem sit, statim, & per plures vias ab interpellatione ad in visendum rediret, visitationes plus saperent risus, aut, quam prudentia.

3805 Si quid sentiam, scite cupio, secunduim modum plus sapere præcedere humane: Primum plus pietatis, ac pietatis. Scio tamen cum S. Job. c. 10. *esse oculos carnosos, nec sicut videt homines videre.*

PRO COMMUNICATIONE INDULGENTIARUM.

3806 *In Ordine Minorum de oblatione adest Bulla Innoc. XII. die 1. Febr. 1695. apud Rubricas parvularum nostri Breviarii novi, ut sequitur.*

Innocentius Episcopus, &c. salutem, &c.
 Nos Dilectus Filius Fr. Franciscus Diaz
 de Bonaventura, Sacrarum Congre-
 gationum Indicis, Rituum, & super Disci-
 plinae Reformationum Regularium Consul-
 tationum Ordinis Fratrum Minorum Sancti
 Francisci Familiae Ultramontanae Procurator,
 auctoritate monstravit, quod aliis ad ipsius in-
 stantiam, à felic. Innocentio Papa XI, Prae-
 latorum nostro, Littere in forma Brevis, sub
 die 17. Septembris. anno Domini 1686. ema-
 naverunt, in quibus confirmata reperitur Com-
 munitio Privilegiorum, & Indulgentiarum,
 etiam Plenariam, usque tunc non
 tractarum, inter Ecclesias, Loca, Confrat-
 eritates, Congregationes, Ordines, &
 personas utriusque sexus, Obedientia, vel
 jurisdictioni Ministri Generalis Ordinis Fra-
 trum Minorum S. Francisci subiectas, à plu-
 ribus Romanis Pontificibus, ipsius Innocen-
 ti Nostri etiam Praedecessoribus, eisdem
 diversa privilegia concessa, à qua com-
 munitate, prout iteratis vicibus à Sede Ap-
 olicae extitit declaratum, resultare dig-
 nitur, quod quando decoratum reperitur
 unum Locum, vel una Ecclesia, aut una
 Confraternitas, seu quavis Congregatio,
 sive aliquarum de dictis personis aliqua
 Indulgentia, sive Plenaria, sive non, appli-
 canda per modum Suffragii, vel non applica-
 da, pro animabus Purgatorii, ad favorem ean-
 dem tantum personarum, vel omnium
 Christi fidelium concessa, minimè ta-
 men revocata, qui in eo Loco, Altari, vel
 Ecclesia Confraternitatum, id diebus in con-
 cessione expressis perferant, quod per ean-
 dem concessionem fuerit praescriptum: in
 eodem Loco, Altari, vel Ecclesia, Confrat-
 eritatum, Congregationum, Ordinum, &
 personarum praefatarum eadem Indulgentia
 Praescript. Exam. Ecclesiast. Tom. I.

ab omnibus respectivè acquiratur, qui in-
 dem diebus eisdem ibi emiserint diligentis-
 as, in concessione taxatas.)

Q U E R E S.

3807 An stante praedicta mutua commu-
 nicatione privilegiorum, & Indulgentiarum
 Ordinis nostro concessa, omnia pia loca Viae
 Crucis, seu Calvariae à Religiosis seu Ordini-
 bus utriusque sexus, obedientia, vel directio-
 ni Ministri Generalis Ordinis Minorum S.
 Francisci subiectis, ubicumque terrarum ad
 instar Stationum Viae Crucis, seu Calvariae
 Montis ejusdem erecta, gaudeant eisdem pri-
 vilegiis, & Indulgentiis, ibi à pluribus Ro-
 manis Pontificibus pro cunctis fidelibus utro-
 usque sexus concessis?

3808 R. E. p. affirmativè; sic namque de-
 claratum fuit ab Innoc. XII. in
 Bulla relata num. 3806. quae incip. *Sua nobis*,
 declarativa confirmationis praedictae mutuae
 communicationis factae ab Innoc. XI. ubi in-
 ter alia reperitur resolutio hujus dubii tenoris
 sequentis.

(Sed quia adhuc post praedictum Decre-
 tum dubitabant nonnulli, an mens dictae
 Congregationis fuerit stabilire, quod Pia Lo-
 ca Viae Crucis, seu Calvariae, ad recolem-
 dam, seu meditando Christi Passionem, à
 praememoratis Personis, seu Ordinibus ad
 instar Stationum Calvariae Montis, juxta di-
 versa etiam privilegia Sanctae Sedis erecta,
 comprehensa sint in praefata mutua commu-
 nicatione, eadem Congregatio sub die 12.
 mensis Novembris mox elapsi, declaravit,
 etiam praefata pia Loca Viae Crucis, seu Cal-
 variae, comprehendi in sepe dictis Litteris dicti
 Innocentii XI. Praedecessoris Nostri, ac pro-
 inde frui, & gaudere posse Indulgentiis, &
 Privilegiis in eisdem Litteris contentis, & ex-
 pressis, ac Nos sententiam praememoratae
 Congregationis sub die 15. ejusdem mensis

Eccc No-

Redemptionis, à Bonifacio IX. visitanti-
 Capellani S. Nicolai de Tolentino in ejus
 festo, à Joanne XXII. osculantibus men-
 plantae pedis Beatae Mariae Virginis, ab
 VI. Imagini B. Mariae, vulgo di-
 Lughetti, à Leone X. gestantibus funi-
 S. Francisci, primum in Urbe impres-
 & deinde Mediolani anno 1665. [suas
 habent, & veras Confratres Ar-
 fraternitatis Cordigerorum Sancti
 recitantibus Salutationem Ange-
 ad pullum horologii, & Imagini Con-
 Mariae Virginis Immaculae in cir-
 pedetate, cujus pedibus Luna subjecta
 Pio IV. vel Pio V. Principi Senatum, à
 VIII. dicentibus Orationem: *O*
myserium, &c. & Ecclesiae Sanctae
 quae vocant, Montis Serrati, Ave-
 tum aliae pro animabus
 defunctorum, impressae Ma-
 1606. à Paulo V. cantantibus
Te Matrem Dei laudamus, te Ma-
Virginem confitemur, &c. vel si die Sab-
 dum idem canitur, & Coro-
 Rosarii, Imaginibus, & Numismatibus,
 Medallias appellant, ab eo benedictis,
 Cardinali Borromaeo supplicante
 1611. dum Ecclesia Romae in hono-
 Sancti Caroli edificaretur, & ab eodem
 Gregorio XV. dicentibus: *Sia lo-*
Sanctissimo Sacramento, Laus San-
 Sacramento, ab Urbano VIII. in hono-
 eadem Sacramenti precibus Cardi-
 Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata
 dicentibus: *Ave filia Dei Patris, Ave*
Dei filii, &c. à Clemente X. recitanti-
 e. idie, ac vesperae consuetam An-
 Angelus Domini, &c. & in fine: *Deo*
Maria. Ac demum aliae à nonnul-
 Romanis Pontificibus tributa, ut ajunt,
 Mysteriorum Passionis Domini no-

stri Jesu Christi, prece Magni Ducis Etruriae.
 Talis Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai,
 qua repetita quinquies Oratione Dominicâ,
 & Salutatione Angelica, unam liberari ani-
 mam quolibet die à Purgatorii poenis affir-
 mant. Tales aliae Perusii Confraternitatis
 Sanctorum Sebastiani, & Rochi, & Romae
 Societatis S. Bernardi ad Columnam Traja-
 ni. Tales demum aliae Crucifiguratorum S.
 Eustorgii Mediolani, Arimini, & Bono-
 niae.

Ejus generis sunt & illae concessae, ut
 ajunt, Capellae Rosarii in Ecclesia S. Anto-
 nii de Rovigo, seu Rodigii, vel Ecclesiae
 Sanctissima Trinitatis Bergomi, aut S. Petri
 Môtis Todoni die festo Inventionis Sanctis-
 Crucis, vel gestantibus funiculum S. Fran-
 cisci de Paula, vel celebrantibus Missas S.
 Augustini, aut alias quinq; in honorem quin-
 que festivitatum B. V. vel recitantibus Offi-
 cium Sanctae Franciscae Romanae, aut Antip.
O Passio magna, &c. in memoriam Passionis
 Jesu, aut Rosarium S. Annae [quod Cong-
 regatio Sacrorum Rituum non probat] aut
 orationem, quae impressa cum Imagine S.
 Annae circumferri solet: *Ave gratia plena,*
&c. [quae oratio prohibetur] aut Officium
 Conceptionis B. V. Immaculae, quod asse-
 runt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem:
Deus, qui nobis in Sancta Synode, &c.
 [excipitur Indulgentia centum dierum an-
 no 1671. concessa precibus Ducissae Sabau-
 diae ad annos 25. cunctis in illius ditone de-
 gentibus] aut aliam: *Ave filia Dei, &c.* post
 Communionem recitandam, vel aliquo con-
 spicuo signo venerantibus Sanctis. Eucharis-
 tiae Sacramenti nomen: Indulgentiae rursus
 octoginta millium annorum veteri de Tabula
 exscripta, quam in Basilica Lateranensi asser-
 vari affirmant, pro dicentibus Orationem il-
 lam verè piàm: *Deus, qui pro redemptione*
 Ecce 2

mundi, &c. tum quæ impressæ fuerint Papiæ anno 1670. sub hoc titulo, *Sommario dell' Indulgenze concesse dalla Santità di N. S. Papa Leone X. all' Imagine della Concettione della Gloriosa Vergine Maria*, vel Pisauri sub nomine Beate Joannæ anno 1608. evulgata, vel Barlettæ, seu Baruli à recitantibus quasdam non sanè malas Orationes lucranda, vel Patinæ à visitantibus per Quadragesimæ dies Ecclesias Tertii Ordinis Sancti Francisci, vel Pistorii, & Vastallæ à recitantibus Orationem: *Ave Sanctissima Maria Mater Dei, Regina Celi, &c.* & aliæ in peculiari impreso libro descriptæ, quibus fruidicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumeranda sunt, quæ Crucibus Caravacensibus tributa dicuntur, vel Costonæ, sive Stellariæ Conceptionis Virginis Immaculate, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloysiæ Ascensione Hispanæ Monialis Ordinis Sanctæ Claræ, vel Mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini Nostri, vel Imagini, aut Mensuræ vulneris lateri ejus inflicti, vel Orationi, ut ajunt, in Sepulchro Domini nostri reperta, & Indulgentiæ, ut ajunt, innixæ revelationi factæ Sanctis Brigittæ, Mechildi, & Elisabethi, vel Beate Joannæ de Cruce, & concessiæ, ut asserunt, granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantiæ Sancti Francisci.

Omnes vero, & singulas jam dictas Indulgentias Sac. Congreg. partim esse confictas, & plene falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini iudicari possunt, easque in futurum nulla in loco ut veras publicari, & lucrandas Christi fidelibus proponi vetat: Foliaque, & Libros,

ubi sic proponuntur, seu asserunt, omnino præcipit aboleti, nisi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expansæ, nec in omnem vult, alias, quas hoc Decretum continet, pro veris; & legitimis, tunc probatis haberi.

Ac demum, omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clem. VIII. datum 9. Januarii 1597. Coronis, Rosariis, seu Calculis, Crucibus, & Imaginibus, vel ante Breve Pauli V. quod incipit *mannus Pontifex, &c.* editum 23. Martii 1606. personis Regularibus quantum ad Religionem, & Ordinem, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 15. Julii VIII. cujus initium *Quæcumque, &c.* Pauli V. incipientem: *Quæ saluberrimæ*, quæ habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiepiscopatu, vel Ordine, Congregatione, Societate, vel Jesu, Capitulo, vel Cætu quocumque, ab eorum Officialibus, Superioribus, vel quæ personis, vel persona, etiam ecclesiasticis, vel ejus mentio specialis, & individua, non erit, nisi fuerint deinde Romanæ Sedis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius esse roboris, & in omnem præterea declarat.

Porro Summaria Indulgentiarum Congregationibus Doctrinæ Christianæ, & Redemtionis Captivorum, B. Mariæ de Mercede, B. Mariæ de Carmelo, Cincturæ S. Augustini, & S. Thome, nisi ab eadem Congregatione approbata, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Urbis à Romanis Pontificibus singulari beneficio vel communicatæ sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus

ant personis, diebus tantum Sta-
tionum in Missali Romano descriptis, sus-
cipere posse declarat: semel autem dum-
taxat in die Plenariam Indulgentiam in cer-
tis Ecclesiis visitantibus concessam,
et aliud pium opus peragentibus, luci-
ferum.

De quibus relatione facta per Secretari-
um ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua
approbavit, & in violatè servari iussit Datum
Romæ die 7. Martii 1678. j

Aloytus Card. Homodæus.

Loco ꝛ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secret.

ALTARE PRIVILEGIATUM

EST illud, in quo à Summo Ponti-
fice concessa est Indulgentia Ple-
naria pro defunctis, quam quidem potest
pro animabus Purgatorii concedere, eas
obtinendo; non directè, & immediatè per
modum absolutionis, & iudicii, ut facit pro
vivi, cum non sint illi subiectæ; sed per
modum suffragii, seu cuiusdam auxilii, of-
ferendo Deo de thesauro Ecclesiæ satisfacti-
ones per modum pretii condigni pro earum
iteratione.

3815 Indulgentia Altaris privilegiati, aut
pro animabus Purgatorii concessa, cer-
tissime, & ineffabiliter suam habet effectum. D.
Thomas in 4. dist. 21. q. 2. art. 3. q. 2. Ma-
rtini disp. 2. q. 3. n. 46. Dian. par. 9. tr. 2.
q. 3. Villalob. & communior contra Lay-
cos, & alios. Ratio est, quia ex una parte
pretium, quod offertur, est æquale debito;
nam offertur de thesauro Ecclesiæ consisten-
te in satisfactionibus Christi, B. Virginis, &
Sanctorum, qui est superabundans, & nun-
quam deficiens: v. tom. 3. n. 241. Ex alta pat-
et habetur promissio Dei de tali pretio acce-

ptando, inclusa in articulo fidei de commu-
nitione Sanctorum, & expressa in verbis Chri-
sti: Matth. 16. *Quodcumque solveritis super
terram, erit solutum, & in cælis.* Quæ pro-
missio est universalis, *Quodcumque*, & non
excludit animas Purgatorii; quia ly, *super
terram*, cadit supra solut onem activam, non
supra passivam.

3816 *Communio Sanctorum*, consistit in
hoc, quod corpus Ecclesiæ Catholicæ, seu
universalis, prout comprehendit tres partes,
militantem, scilicet viatorum in hac vita
contra hostes animæ militantium, *satisfaci-*
entem, in alia vita in Purgatorio satisfacien-
tium, & *triumphantem*, Beatorum in Para-
diso Deo fruentium; est ita perfectè unitum,
ut unius membri bono participent cætera
membra, ex Apost. ad Rom. 2. & ex *Psal.*
118. sic nostræ orationes, & sacrificia ju-
vant animas Purgatorii; orationes verò San-
ctorum nos juvant, & illas.

3817 Hinc colliges 1. differentiam inter
suffragia, quæ à fidelibus propria authorita-
te fiunt pro animabus Purgatorii, & inter
eà, quæ fiunt authoritate Apostolica; nam
illa offeruntur per modum simplicis depre-
cationis, & impetrationis, ut Deus de con-
gruo acceptare dignetur; hæc verò per mo-
dum compensationis, & condignæ satisfac-
tionis ex vi condigni pretii, quod offertur,
& promissionis Dei de eo acceptando, inclu-
sæ in articulo fidei de communione Sancto-
rum, & expressæ in verbis Christi.

3818 2. Quod nulla Indulgentia valeat
pro defunctis, nisi sit expressè à Papa con-
cessa pro illis; quia nullus potest disponere,
& offerre pretium pro illis de bonis commu-
nibus Ecclesiæ, quæ sunt satisfactiones
Christi, & Sanctorum, nisi solus Papa.

QUÆRES I.

3819 In concessione Altaris privilegiati apponi solet clausula, *dummodo in ea Ecclesia tot, v. gr. quindecim Missæ celebrentur quotidie*: An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?

Dian. par. 9. tr. 2. ref. 9. nil de suo apponens, refert resp. Bordonii tom. 2. ref. 91. num. 8. eique adhaerere videtur. Qui respondet non tenere, si numerus Missarum præscribatur tanquam conditio.

3820 Addit tamen contra Rodr. Silvium, & alios, talem clausulam regulariter non esse conditionem ad valorem privilegii necessariam; sed apponi narrativè, attentâ supplicatione factâ, in qua est expressus conveniens, aut magnus sacerdotum numerus; narrativa autem nec conditionem, nec jus facit, ex cap. Ex litteris 3. de fide instrum.

Quod suaderi potest; nam in similibus Brevibus non semper idem numerus sacerdotum celebrantium præscribitur, sed aliquando septem, aliquando quindecim, & aliquando quadraginta; quæ diversitas non aliunde oritur, nisi ex diversitate expositorum in supplicationibus, ad quæ Summus Pontifex attendit.

3821 Tum quia particula, *dummodo*, regulariter modum significat, non conditionem. Tamb. in meth. celebr. Miss. lib. 1. cap. 4. §. 4. n. 1. Barb. & Sanchez: qui modus non constituit actum, nempe privilegium, sed adjicitur actui perfecto.

Matrius disp. 23. Leander tr. 5. de pœn. disp. 14. Diana par. 9. tr. 2. Arsdekin tom. 2. pag. 250.

QUÆRES II.

3822 Beneficiatus nimio suo labore, & magna Curia difficultate, concessionem Altaris

privilegiati obtinuit cum clausula, *dommodo quotidie quatuor Missæ in ea Ecclesia celebrentur*: An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?

R Esp. tenere, si id fiat ratio, aut causa casu fortuito; minime si fiat contentio. Diana par. 9. tr. 2. ref. 9. Rodr. de apud ipsum.

Ratio primæ partis est, quia hæc accipienda sunt humano modo, & moraliter, & frequentius accidunt, l. 3. 4. §. 6. ff. de & splendor Ecclesiæ non amittitur ex defectu Missarum, qui fortuito, & casualiter tingit.

3823 Ratio secundæ partis desumitur a resolutione prioris questus. In tantum enim in consuetis clausulis, *dummodo* triplex, quindecim, septem Missæ quotiè celebrentur, ut conditiones, sed narrativè, & modum; adeoque, si pauciores dicantur, non cadere concessionem; quia cum pro numero servatur sufficiens cultus, & decor Ecclesiæ, qui pro concessione Altaris Pontifice intenditur. Non ita res se habet in casu, quia clausula quatuor Missarum non regularis, sed extraordinaria, & singularem, & si minus, quàm quatuor Missæ celebrantur, non servatur cultus, decor, & splendor Ecclesiæ à Pontifice pro concessione Altaris (quæ fuit causa laboris, atque difficultatis) adeoque colligimus, quod clausulam appositam esse taxativè, & conditionem, atque inde concessio Altaris cadere, si communiter non celebrantur.